



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Coppensteinii Historica Demonstratio Continvatæ Fidei Romano-Catholicæ
Per Inductionem, Successionemque Sæculorum à Christo quindenorum: Ex
Annalibvs Ecclesiasticis Cæsaris Baronii Et Bzovii Strictim ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233



COPPENSTEINII

HISTORICA
DEMONSTRATIO
CONTINVATÆ FIDEI
ROMANO-CATHOLICÆ

Per Inductionem , Successionemque Sæ-
culorum à CHRISTO quindenorum:

EX

ANNALIBVS ECCLESIASTI-
CIS CÆSARIS BARONII ET BZO-
VH STRICTIM ELVCVBRATA.

Acceptæ Religionis Diuinæ Traditio non scripta
ab Orbe Condito.

DEIVNIVS VERT cultum ac
Religionem accepit Adam
anno Orbis Conditi.
I. Quam ybi ritè TRADI-

TAM per Seth, Enos, Cainam, Malale-
el, Iaret, Enoch, Mathusalam, & La-
mech, sancte custodislet; diem vixit ul-
timum anno 930. ante diluvium annis

a 726.

726. quod in annum *Or. C.* 1656. incidit,
tenuitque totum.

I. NOE natus anno *Or. Con.* 1056. ac-
ceptam Religionem porro TRADIDA-
BIT, ac proferebat per Sem, Arphaxad,
Cainam, Sale, Heber, Phalech, Reu,
Sarug, Nahor, Thare, & Abraham: vi-
xitque annos ipos 930. mortuus anno
Or. Cond. 2006.

III. ABRAHAM natus anno *Or. Con.*
1978. vixit annos 175. acceptamque
TRADIDIT Religionem eandem per
Isaac, & Iacob, diemque clausit anno
Or. Con. 2153.

IV. IACOB natus anno *Or. Cond.* 2138.
ipsam Liberis XII. Patriarchis com-
mendans, annis vixit 147. A quibus
DEI Cultus idem ad usque MOSEN de-
scendit, natum anno *Or. Con.* 2403.

V. MOSES anno *Or. Cond.* 2483. ætatis
sua anno 80. Dux Israelis ex Ægypto
LEGEM accepit in deserto, Summusq;
simul & Princeps in politicis, & PON-
TIFEX in Sacris; constituto in His Vi-
cario suo & Successore AARONE; in il-
lis IOSVE suffecto sibi; finem viuendi fe-
cit anno circumductionis in deserto
quadragesimo.

Tenuit autem exinde ceu Summo-
rum Pontificum, sic & Vnius veræ Fi-
delium Ecclesiæ continuata successio-
usque ad IESVM CHRISTVM.

VI. Pontificum vero Iudæo- rum erat successio talis:

Hæc à Moſe ad usque Machabæos
fuit talis.

1. Aron.
 2. Eleazar.
 3. Phinees.
 4. Heli.
 5. Achitoph.
 6. Abiathar.
 7. Sadoch.
 8. Æhimas.
 9. Azarias.
 10. Azarias II. tempore Ozias.
 11. Vrias.
 12. Sobna tempore Ezechias.
 13. Eliachim, tempore Manasse.
 14. Helcias, tempore Iosias.
 15. Sarea, occisus à Nabuchodonosor.
 16. Iosedech, in captiuitate.
 17. Iesus, eius filius.
 18. Ioacim.
 19. Eliatib.
 20. Ioadas.
 21. Joannes.
 22. Iaddus.
 23. Onias.
 24. Simeon.
 25. Eleazar II.
 26. Manasses.
 27. Onias II.
 28. Simeon II.
 29. Onias III.
 30. Aleimus.
 31. Iudas Machabæus.
- Atque hi Religionis unius veræ C-
stodes, Praesidesque fuerunt, Summi
Pontifices in Sacris, ab anno *Or. Con.*
2520. usque ad annum *Or. Con.* 3823. qui
Iuda primus erat: & tenuerunt Sacra
quæ præscripta, quæ Tradita, sub Di-
cibus, quindenit, ab Iosue ad Iudam
per annos 1300.



VII. Continuata porro Successio est ab Iude anno 1. qui fuit Orb. Con. 3823. sub Duci bus quatuor usque ad Aristobulum, per annos 58.

Itemque sub Regibus nouem per annos 373. processit ad usque Caipham; sub quo mortuus resurrexit Christus, anno Or. Cond. 4016.

Aristobulus autem anno O. Con. 3882. primus post Regem Se de chiam diademata sibi regium im posuit, teste Ioseph. li. 15. ann. c. 18. defecitque Scep trum Iude cum Agrippa iuniori anno Orb. Con. 4055. Christi nati anno 72. sub Vespasiano Christiana interim Religionem latorem per grante.

VIII. Sceptro autem & Pontificio legimus Iudeorum deficientibus, Religio nisi facies feeda ab Sectis fuit, varie que dilecta.

I. PHARISÆI, non multo ante aduentum Christi nati, Samai & Hillel auctori bus, ait Hier. in J. 8. Et orti ex his Scripturam interpretantes, dogma tizabant priuatas Traditiones, legis negli genter: Fato tribuebant omnia: Animarum in ditta sub terra fieri: Esse Trans animationem Pythagoricam; sed bonorum duntaxat homi num: malorum animas eternum cruciari: Astro nomia cultum esse sacrum. Scripturas vitiole interpretabantur: Hypocriti & specie Sanctitatis nundi nabantur.

II. SADDUCEI, à Sadoch orti, negabant esse resurrectionem, angelum, Spiritumque ullum Animas cum corpori bus extingui aiebant: Inter se feri moribus discrepabant; erga exter os in humani.

III. ESEN in ter se dilecti Samari tæ erant; (de quibus infra anno 574.) cū Iudeis nec Templum, nec Sacrificia, nec Ceremonias communes habebat; Solum Pentateuchum agnoscabant: re surrectionem & Sp. S. negabant.

IV. SEBVS & CORTHENI varia festivitatibus celebratione dissidebant.

V. DOSITHÆ ab animatis abstine bant: superstitiose Sabbatizabant sic, ut quo quem loco si rique Sabbathum op pressiflet, eodem immotus staret: Monogamiam, & multi Virginitatem colebant.

VI. HEMEROBAPTISTÆ, ex Pharisæis & Saducæis conflati, rebantur vi uere hominem non posse, nisi quotidie mergeretur aquis.

VII. NAZAREI Pentateuchum non recipiebant, ab animatis abstinebant ut immundis.

VIII. OSSENI & HERODIANI Herodem esse Messiam iactabant, eo quod is defecit Iude Scep trum excepisset.

IX. Has inter se feras Iudeorum, ut rara, suspirabat tamen vera iustorum Religio; vt Simeonis, Annæ, Zachiæ, Elizabetæ, Iosephi, Mariæ, &c.